

6458 Piperni in aedibus Joh. Tacconi in pavimento.

D
V A L E R I A E
F E L I X · F I L I V S matri dul
C I S S I · M a e
5 B E N A E · M e r e n t i

Descripsi.

6459 Piperni in domo Zaccaleoni.

L I V S
A E M E N V S
N I A H E L P I S

Descripsi. Hier. Amati ms. Vat. 9761 f. 28, *Giorn. Arcad.* 39 (1828) p. 247 a Zaccaleonio et Puccio; Marocco Pip. p. 26, mon. 4, 183.

Amati sic: C · I V L I V S | T Y R A E M E N V S | E T · T I M I N I A · H E L P I S, cum supplementis opinor.

6460 litteris satis bonis, punctis accurate factis. Rep. *Piperno vecchio* a. 1820, dum fundamenta fiunt ecclesiae S. Virginis; extat alle botteghe della fera.

V S · L V C R E T I V S · A S T
A · Q V I N T I A N E Q V I F u e r u n t
B O N I S · M O R I B V S · P I I · S V B B e n t o r e s
et hospites · P E R E G R I N O R V M · E T p a u p e r u m
5 R I · I V I E T M O N T A N I A N I · S A N
N C · D O M V M · A T P E T I
B I T A S · F E S T I N A · A N T E · T V m u l u m
A · S A N C T O R V M
I X · A T

Descripsi; dedit item Vinc. Oliva. A me acceptam ectypo praeterea chartaceo adhibito ed. I. B. de Rossi *Bull. crist.* 1878 p. 86 (cf. p. 93) tab. 9.

Supplementa sunt Rossii. Idem 5 seq. temptavit haec: *parentes . . ri Iuli et Montaniani san[ctorum. Ha]nc domum atpeti[vit eorum or]bitas festina ante tu[mulum et oss]a sanctorum [filiorum].*

LXXXVII. SETIA (Sezze).

Setiam Latini iuris¹⁾ colonos deductos esse a. u. c. 372 Velleius (1, 14) auctor est, eodemque referendum, quod secundum Livium (6, 21) a. 371 quinqueviri creati sunt *Pomptino agro dividendo*; eius enim agri pars ampla Setinorum fuit (Strabo 5, 3, 5 p. 231; Plutarchus Caes. 58; Martialis 10, 74. 13, 112). Iisdem novi coloni adscripti sunt a. 375 (Liv. 6, 30). Itaque mirum est in foedere Cassiano (Dionys. 5, 61) Setinos recenseri, cum laterculus is ante Setiam deductam factus esse videatur; fierique potest ut Setiae et Signiae nomina hoc loco permutata sint (cf. p. 591). Deinceps Setini nominantur inter civitates ab hostibus Romani nominis passim oppugnatas (Liv. 7, 42. 8, 1. 19 cf. 26. 8, 11), item inter populos Latinos, qui a. 414 a Romanis defecerunt (Liv. 8, 3: *praetores tum duos Latium habebat, L. Annum Setinum et L. Numisium Cerceiensem, ambo ex coloniis Romanis*) quique bello Hannibalicis milites pecuniamque Romanis se praestatueros negaverunt (Liv. 27, 9. 29, 15). A. u. c. 556 obsides Carthaginensium, qui Setiae custodiebantur, dicti sunt coniuravisse, ut ludis qui ibi instabant per servos suos et Setiam et vicinas urbes Norbam et Cerceios occuparent (Liv. 32, 26). Bello civili Sulla oppidum cepit Mariumque Signiae castra habentem reppulit (Appianus b. c. 1, 87 cf. Plutarchus Sull. 28). Municipium civium Romanorum factum bello Italico postea quoque mansit, nec fidem habet index colo-

niarum p. 237 sic scribens: *Setia muro ducta colonia; triumviri munierunt: iter populo debetur ped. XV: ager eius in soluto ex occupatione a milite tenetur*, Plinius enim 3, 5, 64 Setiam non inter colonias, sed inter oppida Latii recenset. Colonia si dicitur Setia in titulo n. 6465 infimae aetatis, idem obtinebit quod obtinet de colonia Priverno (p. 637). Magistratus fuerunt olim *censores* (n. 6470) et *praetores* (n. 6466), postea nuncupati *IIIviri iure dicundo* (n. 6467; *IIIviri nude* n. 6463). Adsunt item *sexviri Augustales* (n. 6461. 6464. 6469) et *collegium iuvenum* (n. 6465). De tribu adhuc non constat. Setia posita inter viam Appiam Latinamque (Strabo 5, 3, 10 p. 237) in itinerariis locum non invenit et *exigua urbs* (Martialis 13, 112) ipsa raro memoratur (Cicero de l. agr. 2, 25, 66; Ptolemaeus 3, 1, 63; Stephanus s. v.), cum vini eius laudes passim ferantur.

Setinos lapides primus in lucem protraxit SIRMONDVS; nam quae antea dederat LIGORIVS, ficticia sunt omnia. Iosephus CIAMMARVONE (*descrittione della citta di Sezza. Romae 1641. 4*) titulos nullos affert; Petrus autem Marcellus CORRADINIVS Setinus quos affert cum in libro de civitate et ecclesia Setina (Romae 1702. 4. pp. 204) tum in Latii veteris tomo II (1705), uno excepto n. 6467 aut ex editis sumpsit aut finxit. Dominicus GEORGIVS quamquam dissertationi de cathedra episcopali Setiae civitatis (Romae 1727. 4. pp. 320) titulos non inseruit, in schedis Casanatensibus duos posuit a. 1727 Setiae a se accurate descriptos. Nuper Philippus LOMBARDINI architectus edito commentario historiae patriae (*della istoria di Sezze. Velletri 1876. 8. pp. 121*) titulos quoque inseruit.

¹⁾ Nam quod *colonia Romana* dicitur Liv. 7, 42. 8, 3. 40, 36, 16, id nequaquam significare civium Romanorum, sed conditam a Romanis cuiuscumque iuris esset, ex ipsis his locis certo efficitur. Similiter iudicandum est de *coloniis Romanis* Circeiensibus Liv. 2, 39 (cf. 8, 3 et supra p. 635).

6461 di bronzo, di ugual metallo foderata.

Setiae a. 1818 rep. in loco q. d. *la Madonna della Pace* non longe ab aede q. d. Saturni a rustico quodam, qui fregit MAROCCO. Archetypum extare in seminario Romano adscriptum est a rectore seminarii eius Redinio ad picturam tituli quae extat Setiae in curia, subscriptum habens diem 11 Dec. 1842. Sed ibi frustra quaesiverunt amici Romae degentes. — Sine loco VISC.

M E R C V R I O · A V G V S T O
S A C R V M
S E X · V I R I · A V G V S T A L E S

M · S E X T I L I V S · C O T V S
5 L · Q V I N C T I V S · P O T H I N V S
L · N O N I V S · P R I M V S
N · A N I N I V S · D I O
M · A M P I V S · V R B A N V S
C · T V L L I V S · M E N A N D E R
10 D · S · P · F

Visconti cod. Paris. Lat. 9697 f. 148; Marocco mon. dello stato pontificio 6 (1835), 44; pictam vidi Setiae (inde opinor Lombardini Sezze p. 17).

I M E R . . . I O V i s c . — 4 C A T V S V i s c . — 6 N O P T I V S p i c t . , N O N . . V S V i s c . — 7 N · A N I N I V S M a r . p i c t . , M A X I M V S V i s c . — D I C . . . V i s c . M a r o c c . — 8 A R P I V S V i s c .